



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

[Abnegatio]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)



N T H E Æ I B E R I

PATRVM SENTENTIÆ.

Sunt quidem dies munerum, quæ apud alios honoris titulum, apud alios mercedis debitum expungunt. Nunc ergo, inquis, recipiam meum, vel rependam alienum. Si hunc morem sibi homines de superstitione consecrauerunt, tu, extraneus ab omni eorum vanitate, quid participas idolothyta solennia, quasi tibi quoque præscriptum sit de die, quo minus id quod homini debes, vel tibi ab homine debetur, citra diæ obseruationem luas, vel recipias? Da formam, in quam velis agi tecum. Cur enim & lateas, cum ignorantia alterius tuam conscientiam contamines? si non ignoras quod sis Christianus, tentaris. Et contra conscientiam alterius agis, tanquam non Christianus. Enimvero est simulaueris, tentatus ad dictus es. Certè, siue hac, siue illac, reus es confusionis in Deo. Qui autem confusus super me fuerit penes homines, & ego confundar super illo, inquit, penes Patrem meum, qui est in cælis. *Tertullian. de Idololatria. cap. 13.*

Nulquam Christianus alius est. Vnum Euangelium, & idem Iesus, negaturus omnem negatorem, & confessurus omnem confessorum Dei, & saluum facturus animam pro nomine eius amissam, perditurus autem de contrario aduersus nomen eius lucrum habitam. Apud hunc tam miles est paganus fidelis, quam paganus est miles infidelis. Non admittit status fidei allegationem necessitatis. Non est necessitas delinquendi, quibus vna est necessitas non delinquendi. Nam & ad sacrificandum & directo negandum, necesse est quis premitur tormentorum siue poenarum: tamen nec illi necessitati disciplina conueniet: quia potior est necessitas timenda negationis & obeundi martyrij, quam euadenda passionis & implendi officij. *Idem, de Coronâ militis, c. 11.*

Frustra erit dicere, & sine negauero Christianum, non negabo à Christo, non enim ipsum negaui. ex illa enim negatione tantundem tenebitur: quia si Christianum negando, Christum in se negans, etiam ipsum negaui. Plus est autem quod & confusioni confusionem comminatur. Qui me confusus fuerit coram hominibus, & ego confundar eum coram Patre meo qui in cælis est. Sciebat enim à confusione vel maxime formari negationem: mentis statum in fronte consistere: priorem esse pudoris quam corporis plagam. *Idem, in Scorpiaco aduersus Gnosticos, c. 9.*

Vnam classem, vnum animarum genus à læta (Christianorum) celebritate abdicato atque propello, gemens quidem & dolens, ac ne audientes fortasse lugens, nec exitum suum sentientes deflens, (hoc enim totius eorum plage maxime miserabile est) sed tamen abdicato, eos nempe qui non supra firmam & stabilem petram, sed supra siccam & sterilem feminati (hi autem sunt qui leuiter ac de functione ad pietatis doctrinam accesserunt, atque exigua fide præditi sunt) quia altis in terra radices non egerant, confestim exorti sunt, ac prospicientes, vt alijs placerent, postea ad breuem & exiguum diaboli assultum, paruorumque tentationum æstum exaruerunt. Atque his etiam adhuc peiores, magisque ad hoc fausto & læto conuentu proferendi sunt, qui tempore, atque ijs, qui nos ab eo qui in altum ascenderat, pulchreque captiuos nos duxerat, in malam & funestam captiuitatem abducebant, ne tantillum quidem obliterarent, vt idem vltro ac sponte improbos & viles se præbuerunt, vt qui ne paulisper quidem repugnarent, aut oborta ipsis ob Verbum aliqua calamitate vel tentatione scandalum passi sunt: verum cum breui quodam & caduco quæstu, aut obsequio, aut exigua potentia, salutem suam miseri commutarint. *D. Gregorius Nazianzenus, Orat. 3.*

Summum delictum esse quod persequutio committi coegit, sciuit etiam ipsi qui commiserunt: cum dixerit Dominus & iudex noster, Qui me confessus fuerit coram hominibus, & ego in illo confitebor coram Patre meo qui in cælis est. Qui autem me negauerit, ego illum negabo. *D. Cyprianus lib. 3. ep. 14.*

Sicut scriptum est, Donauit tibi omne debitum, quia me rogasti: scriptum est, Qui me negauerit coram hominibus, negabo & eum coram Patre meo, & coram Angelis eius. *Idem, lib. 2. epist. 7.* Num, quem Christus negaturum ante prædixerat, ipse non nega-

dem verbe quod iucio... Latine dici, Negauit, denegatus est, frustratus est, non respondit voto. Cognatio ibet cum *שחח* Schachak oblitus est, & *שחח* Schachak obtinere: nam quæ animo sunt obtenebrata obliuioni tradita, non vel negata dici possunt. 2. Altera vox *שחח* meen, id est reculauit. Vnde participiale nomen *שחח*, reculans, & omnes reculantes, quod idem est ac abnegans & abnegantes. rationem verò habet *שחח* cum negatiua particula *שחח* *שחח*, id est. Hinc *שחח* repugno: & peraphereticè *שחח*, renuo, negare in sacris & ecclesiasticis scriptis significat in genere are relinquare, vel sententiam, personam, vitem aliquam lesere. Sumitur tum in bonam, tum etiam in malam partem malam, vt si quis quoquo modo, vel verbis, vel sermone, vel silentio, opere vario, subindictet se abhorre à Christiana & eius professione. Contrarium eius est Confiteminatur abnegatio Christi & Christianæ pietatis, nonnullis

SENTENTIÆ BIBLIÆ

negauerit me coram hominibus, negabo & eum coram Patre meo qui in cælis est. *Matth. 10. 33. Luc. 12. 9.*
Iesum. Sanctum & Iustum; tradidistis, & negastis factum. *Matth. 10. 33. Luc. 12. 9.*
meis suorum, & maxime domesticorum, curam non ibet, si negauerit deterior. *1. Tim. 5. 8.*
Iesum Iesum negauerimus, ille negabit nos. Si non redierit fidelis permanet: negare se ipsum non potest. *2. Thim. 2.*
antes speciem pietatis, virtutem autem eius abnegans, de *Tim. 3. 5.*
sistentur se nosse Deum, factis autem negant. *Tir. 1. 16.*
est mendax, nisi is qui negat quoniam Iesus non est. *Ci.*
Ite est Antichristus qui negat Patrem & Filium. Omnis uultum, nec Patrem habet. *1. Ioan. 2. 22. 23.*
Iam impij Dominum nostrum Iesum Christum nega-

EXEMPLA.

Matth. 26. 70. 72. 74. Marc. 14. 68. 69. 71. Luc. 22. 57. 58. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.
1. Jerem. 5. 12. Ador. 3. 13. 14. Et 7. 35. Pseudoprophetae, Doctores, impij, Athei, & quotquot à Christi doctrina de-
1. Tim. 2. 12. Et Tir. 1. 16. 2. Pet. 2. 1. 1. Ioan. 2. 22. Iud. 4. Nico-
ppor. 2. 35. Apostatae, qui ex Ecclesia egressi sunt, sed non erant
etia. 1. Ioan. 2. 19. Hi omnes abnegationis vinculo detinentur
respicant ad Christum reuertantur, qui Petrum respec-
tum ad gratiæ participationem amplissimam reuocauit.

POLYANTIEA

negavit, sed sustinuit, & amarè suam

postmodum lenijt. *Idem ad Nonatatum* ubi dicitur: Non poteris confiteri, nisi scias quantum noceas, si negaris. Ceco- lo martyres gaudent, veritatis inimicos ignis absumit. Paradisus Dei, testibus floret: negatores gehenna complexa æternus ignis in- ardescit. *Idem de laude Martyry.*

Nonne vobis videtur ille qui lapsus est semivivus esse, si vitale a- liquid fides spirat? Nam qui penitus Deum ex suo corde abiecit, il- le mortuus est. Qui ergo non penitus abiecit, sed per impressionem tormentorum ad tempus negavit, semivivus est. Aut si mortuus est, cur ei dicitis agendam Pœnitentiam, qui iam curari non potest? Si semivivus est, infunde vinum & oleum: non vinum sine oleo: Sed quod & foueat & remordeat. Tolle cum in iumentum tuum, tra- de stabulario, duo æra ad eius curam impende: esto ei proximus. Proximus autem esse non potes, nisi facias misericordiam. *D. Am- brosius de Pœnitentia lib. 1. c. 10.*

Potest fieri, ut aliquis victus supplicij, sermone neget & corde adoret. Nunquid eadem causa est eius qui sponte negat, & eius quæ tormenta inclinaverint ad sacrilegium, non voluntas? Quàm indig- num autem, cum apud homines valeat certaminis gratia, ut apud Deum valere non asseratur? Nam sæpe in hocathletarum seculari certamine, etiam victos, quorum fuerint certamina probata, vulgus hominum cum victoribus coronare consuevit; maximè quos vide- rit aut fortè dolo, aut fraude exclusos victoria. *Idem de pœnit. lib. 1. cap. 3. Vide e. 4. eiusdem lib. 1. ubi idem argumentum repetitur.*

Cuius rei gratia in cachinnum solueris & desuis, qui tantorum tibi sponte factus es causa meritorum? ane illud terribile tribunal Christi staturus, & summa cum examinatione rationem pro cun- ctis actibus redditurus; cum vitæ non de his solum iudicandi si- mus, quæ voluntate atque proposito, sed etiam quæ coacti aliquan- do committimus. Qui enim, inquit, negaverit me coram homini- bus, negabo & eum coram Patre meo. Et certè plerumque contin- git ut extorqueatur alicui negatio Dei, sed tamen non effugit ista supplicium. Nam pro hac quoque pœnas luemus. *D. Io. Chrysostomus homil. 6. in 2. cap. Matthi.*

Triplex Domini ad Petrum de Charitate interrogatio, à Domi- ni ignoratione proficisci minime existimanda est, (ne ita quidam decipiantur) verum triplicem negationem triplici assensione bo- nus medicus depulit. *S. Isidorus Pelusiacus epist. lib. 1. epist. 103.*

Vide APOSTASTA & APOSTATAE.

Ibi multa de impiæ abnegatione & defectione à Christo.

ABNEGATIO in bonam partem sumitur in S. Scripturis, ut se- quentia dicta testantur.

SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Qui amat patrem aut matrem plus quàm me, non est me dignus: & qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus: & qui non accipit crucem meam & sequitur me, non est me dignus. Qui inuenierit animam suam, perdet illam; & qui perdidit animam suam propter me, inueniet eam. *Matth. 10. 37. 38. 39.*

Iesus dixit discipulis suis, si quis vult venire post me, abneget se- metipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. *Matth. 16. 24. Marc. 8. 34. Luc. 9. 23.*

Qui amat animam suam, perdet eam? & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. *Ioan. 12. 25.*

Abnegatio nostris, seu mortificationis, regenerationis pars præcipi- tur supra citatis locis, & *Rom. 6. 4. 2. Cor. 4. 10. & 5. 17. Galat. 5. 16. Ephes. 4. 22. Tit. 2. 12. Hebr. 4. 10. & 12. 16. 1. Pet. 1. 22. & 2. 5. 24. & 4. 1. Ioan. 5. 19.*

EXEMPLA BIBLICA.

- Abraham, *Gen. 12. 1. 4. & 22. 1. 9. Hebr. 11. 8.*
- Moses, *Exod. 2. 11. Act. 7. 23. Hebr. 11. 24.*
- Leui & Leuitæ, *Deut. 33. 9.*
- Ruth Moabitrix, *Ruth. 2. 11.*
- Elisæus Propheta, *1. Reg. 19. 20. 21.*
- Amasias Rex Iuda, *2. Chronic. 25. 9. 10.*
- Apostoli Domini nostri Iesu Christi, *Matth. 4. 20. & 9. 9. 19. 27. Marc. 1. 17. 18. & 10. 28. Luc. 5. 11. Ioan. 6. 67.*
- Christi sectatores & discipuli, *Luc. 14. 26. & 18. 22.*
- Zacheus publicanorum princeps, *Luc. 19. 8.*
- Pjnonnulli (quo: postea Confessores & Martyres innumeri sunt imitati in Ecclesia Christiana) *Ioan. 11. 25. 1. Corint. 7. 28. 30. 31. Hebr. 10. 33. 34. & 11. 37. 38.*
- Paulus Apostolus, *Act. 13. 26. & 20. 24. & 21. 13. Gal. 6. 14.*
- Prisca & Aquila, *Rom. 16. 4.*

SENTENTIÆ PATRVM.

Nihil est aliud sui ipsius abnegatio, nisi summa rerum omnium vitæ prius transactæ obliuio, arque a suis ipsius voluntatibus recef- sio, quam in vita commuai assequi longè est difficilimum, ne di- cam ab omni profus, ut fieri possit, facultate remotissimum. *Basil. Magnus in regulis suis disputat. tit. 4. 6.*

Quum Dominus noster Iesus Christus, post multa documenta ad omnes loquatur, ac dicat, Si quis venit ad me, & abneget seme- ipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me: item, Sic igitur, qu- cunque ex vobis non renunciat omnibus quæ possidet, non po-

ciamus in primis, itemque carnis affectibus, qui abdicauimus oc- culta de decoris, consanguinitatibusque familiaritatibus, quæ cum hominibus nobis sunt, similiterque consuetudine: tum vitæ, quæ perfectioni Euangelicæ satis adus. factæ. Et quod hinc omnibus magis necessarium est, quilibet sibi ipsi inueniat: qui exiit veterem hominem cum actibus suis, qui corrumpitur secundum delicta erroris. *Idem ibid. q. 8.*

In summa, cui propter Christum mundus totus crucifixus est, & ipse Christo, qui possit esse amplius particeps eorum quæ in man- do sunt? Cum Dominus noster Iesus Christus rem ipse ad summum pro- fusus fastigium perducit, nempe odium animæ, & simpliciter ab- negationem, quando dicit, Si quis vult post me venire, abneget se- metipsum, & tollat crucem suam; tumque subiungit, Et sequatur me. Et rursus, Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & ma- trem, & uxorem, & filios, & fratres, & forores, in super & animam suam, non potest meus esse discipulus. Perfecta igitur abnegatio in eo consistit, si quis id affectus fuerit, ut ne de vita sua quidquam affectus sit omnino, esto habeat mortis responsum, ita vultu sibi consular. *Idem ibid.*

Qui deponit veterem hominem cum operibus suis, abneget se- metipsum, dicens, Vno autem non ego, viuit verò in me Christus: tollitque crucem suam & in modo crucifigatur. *D. Hieron. in Matth.*

Credens in Christum quidam tollit crucem suam, & negat se- ipsum. Qui impudicus fuit versus ad castitatem, temperantia lura- riam negat. Qui formidulosus & timidus, assumpti proboe forti- tudinis, priorem se esse nescit. Iniquus, si sequatur iustitiam, negat iniquitatem. Quod sciens, non solum perfectionis tempore, & necessitate martyrij, sed in omni conuersatione, opere, cogitatione, sermone, negemus nosmetipsos, quod ante fuimus, & constitamur Christum, qui in Christo enati sumus. *Idem in epist. ad Agla- siam.*

Fecerunt ciuitates deæ, amores duo: terrenam scilicet amor sui, vique ad contemptum Dei: celestem verò amor Dei vique ad con- temptum sui. Illa in se sola hæc in Domino gloriatur. *D. Augustin. lib. 14. de ciuit. Dei, c. 8.*

Si perit homo amando se, profecto inuenitur negando se. *Idem Serm. 47. de diuersis.*

Si vis Domini discipulus esse, crucem tuam tollas, & Dominum sequaris necesse est, est angustias & cruciatu tuos, vel compassio- lum, quod in domo Christi est. Parentes, coniuges, liberi, propter Deum relinquendunt. De artibus & negociationibus, & de pro- fessionibus, etiam herorum & parentum causa dubitas; iam tuos demonstratam estibus & pignora, & artificia, & negotia, propter Dominum derelinquenda, cum Iacobus & Ioannes, vocati à Domi- no patrem nauem de derelinquant, cum Matthæus de telonio sit- scitatur, cum etiam sepelire patrem tardum fuit fidei. Nemo cor- rum quos Dominus elegit, non habeo, dixit, quod viuam. Filias sa- mem non timet. Scit etiam famem non minus sibi contem- dam propter Deum, quàm omne mortis genus. Didicit non respi- cere vitam, quò magis victum? Quotus quisque hæc adimpleuit? Sed quæ penitentia discipula, penes Deum facilia. Sic tamen nobis de mansuetudine & elementia Dei blandiamur, ut non vique ad idololatras infirmitates necessitatibus largiamur. *Tertullianus de idololatris, p. 12.*

Martyres uerunt saluare animam suam, propterea perdidit ut saluent eam. Qui uero saluare uolunt animam suam, ut non per- dant eam, si corpus & animam pariter perdunt in gehennam. *Origen. lib. 1. 35. in Lucam.*

Si qui amator vitæ præsentis, & eam putans esse optimam, par- cit animæ timens mori, & putans animam suam per hanc mor- tem perire, iste uolens hoc modo saluare animam suam, perdet il- lam, aliam faciens eam à vita æterna. Si quis autem contemnit vitam præsentem, propter Christi uerbum, & confidens de uita æ- terna, quæ ad mortem pro ueritate certauerit, perdet quidem ani- mam, eam quantum ad vitam præsentem, tradens eam pro pietate in meam, quæ abusu dicitur mors: sed quoniam propter Chri- stum credidit animam suam, magis eam faciet saluam in uita æter- na. Iam autem modo sic intelligimus textum. Si quis intelligit quæ est ratio salus, & acquirere uult eam salutem animæ suæ; iste abre- n- tians hanc vitam, & abnegans seipsum, & tollens crucem suam, & quens Christum, perdit quantum ad uoluntates carnales ani- mam suam propter Christum, & propter omnem doctrinam eius, & perdens animam suam hoc modo, saluat eam per opera pietatis. *em, tract. 2. in Matth.*

Si intelligis quid sit alium abnegare, tunc rectè percipies quid abnegare teipsum. Qui alium abnegauerit, fratrem putat, aut e- rruum, aut quemuis alium, si cædi eum uirgideat, si accit- uinculis, quicquid aliud mali pati eum conspexerit, non occurrat, non auxiliatur, non flectitur, nec prorsus uilo modo mouetur, cæci- penitus alienatus ab illo. Sic igitur nullo no pacto corpus no- stro parcere uult, ut neque si cæditur, neque si pellitur, neque si uis- tro parcere uult, ut neque si aliud huiusmodi patitur, ei parcamus. Quod dixit non parcamus, cum id profectò sit uerè parcere. Nam etiam tuum

